Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26345
Copyright: Admont, Benediktinerstift

maturinos imponit. Cetera ita ordinat ut psalmi familiares ad
primam pertinentes cum VII psalmis & letania ante primam cantentur.
Librum inquam ad matutinum legendum eis alicui porrigit que ad hoc
idoneum nouit. Responsoria a quibus fratribus in hoc magis scriptolo
sunt canenda. Quem hoc oportet scire quando horam canendi
tempestiue surgendo anticipare debeat. si finito R. VI. etiam
in uitatorio ante & retro non facit. Versus autem & breuia re
sponsaria. lectiones quoque de S. Maria. & ad officium defunctorum
cum responsoriis stando legit & cantat iuuenis siquidem adest. ergo
capellanus idem tempore hiemali finitis infirmorum matutinis. cetibus quoque quibus secunt appendunt. primam adiungit. licet se
pissime non modica pars noctis adhuc supsit. & quia nunquam primam
ad lectum causa descendi absque licentia redit. nisi cuentus idipsum
fecerit in eadem ecclesia morantur. quousque processio illuc agatur. Tunc
quidem exiens ante capellam uersus claustrum infirmorum. et in ipsam
infirmariam ibi expectat usque dum cuentus dormitum discedat.
Quod si tempus non est quod cuentus primam dormire debeat. ipse
in eadem capella quamdiu & ceteri expectat. Ad eundem quoque panem
ut infirmus cotidie missam sumo mane cantet in XII. et
in uigiliis. & in IIII. temporum ieuniis. & in XL.ma semper de die.
alias vero diebus pdefunctis et quam uoluerit. & si in aliquo ieu
nii die XII lectiones agunt. tunc de ipso ieunio mis
sam ibi cantat. Ad quam lib& missam non legit cantum sic
ad alias puatas missas si cantat. Quicquid ad missam
sibi necessaria omnia illic habet iugiter reposita. Nam
unum & a quam etiam in nocte nunquam ibi deerit. ut si
opus fuerit ad comunicandum infirmum in promptu
habeat. Si aliquando contigerit. ut prima solito citius